

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Ohm Casparus Bergen von

Disputatio De Commodato

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72867081X>

Druck Freier  Zugang



Chr. Ohm (L. von Baga) *Viert*
R. u. m. 1610. *fa*



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72867081X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72867081X/phys_0002)

DFG

27

DISPUTATIO
DE COMMODO
DATO.

Ad quam

Divina aspirante gratia,

CONSENSU ET AUTORITATE

Amplissimæ Juridicæ Facultatis in
celeberrima Rostochiensi
Academia,

P R A E S I D E

Clarissimo & Consultissimo Viro,

Dn. CHRISTIANO D^HM/
J. U. D.

publicè [respondebit

CASPARUS Von Bergen /
Rostochiensis.

Ad diem 25. Augus^ti. in Auditorio magno,
initio ad sextam matutinam facte.

ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri, Anne 1610.

nu
Nota
am



DISPV TATIO DE COMMODATO.

THESIS I.



Ommodatum, quasi cum præscripto utendi modo datum, est contractus, quo res gratis utenda datur ad tempus, finem, modumve certum, ea lege, ut eadem ipsa reddatur.

I I.

Inter commodatnm & utendum datum, Labeo volebat, tantum interesse, quantum inter genus & speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam soli utendam dari etiam soli. Sed propriè commodatam rem dici & quæ soli est, cum Cassio Ulpianus existimat.

I I I.

Contractus hic plerumq; solam utilitatem continet ejus cui commodatur, interdum tamen solum propter commodantem: veluti si quis sponsæ vel uxori, quo honestius culta ad se deduceretur, commodavit, interdum propter utrumq; veluti si communem amicum ad coenam invitaverimus, tuq; ejus rei curam suscepisses, & ego tibi argentum commodavem, celebratur.

I V.

Constituitur consensu contrahentium & rei interventu, quo cum præcipue perficiatur, re contrahi commodatum dicitur, nulla enim ex eo obligatio esse potest, nisi quid traditum sit ab una parte, acceptum ab altera.

A 2

Res

V.

Res tam soli quam mobiles, etiam incorporales commodari possunt, nec refert alienæ sint an propriæ, ita ut eis si fur vel prædo commodaverit, habeat commodati actionem: exceptiuntur tamen res, quæ usu consumuntur, nisi forte ad pompam vel ostentationem quis accipiat.

V I.

Sæpè etiam, teste Cajo, ad hoc commodantur pecuniae, ut dicis gratia numerationis loco intercedant.

V I I.

Sicut autem voluntatis & officij magis, ut Paulus loquitur, quam necessitatis est commodare, ita modum commodati finemq; præscribere ejus est, qui beneficium tribuit: cum autem id fecit, tunc finem præscribere & retroagere, atq; intempestivè usum commodatae rei auferre, non officium tantum impedit: sed & suscepta obligatio inter danum accipiendumq;.

V I I I.

Usus certus, tempore vel expresso, verbi gratia, equum me petere commodato ad quatuor dies: vel tacito, si usum indicem, veluti si dicam: ut eam Lubecam, exprimitur: tum enim tantum temporis intelligitur præfixum, quanto commode hoc iter confidere possim, Adjuvari quippe nos non decipi beneficio oportet.

I X.

Hinc, si ad certum usum & præfinitum tempus res commodata sit, an finito tempore non tamen impleto usu, res possit à commodatario auferri, queritur? Et obtinuit commodantem repetere posse, si justum tempus, quo usus rei potuit impleri, sit transactum.

X.

Commodata autem res tunc intelligitur, si nulla mercede ac-

de accepta vel constituta, res alicui utenda data est, alioqui
mercede interveniente, locatus tibi rei usus videtur. Gratui-
tum enim debet esse commodatum.

X I.

Rei commodatae & possessionem & proprietatem re-
tinemus: nemo enim commodando rem facit ejus, cui com-
modat.

X II.

Oritur ex hoc contractu actio commodati, directa seu
principalis & contraria, utraq; civilis, personalis, bonæfidei,
& rei persecutoria.

X III.

Directa competit commodanti, sive dominus sit sive
non (neq; non domino dominij quæstio referri potest, nisi
verus dominus agat) adversus commodatarium ejusq; here-
dem ob rem restituendam finito tempore, quo ea re usus est,
veluti potuit.

X IV.

Duabus rebus commodatis, rectè de altera commodatio-
ni posse Vivianus voluit, quod ita videri verum, si sepa-
ratæ sint, Pomponius scripsit. Nam eum qui carrucham pu-
ta, vel lecticam commodavit, non rectè acturum de singulis
partibus.

X V.

Quid si duobus vehiculum commodatum sit simul. Cel-
sus filius scripsit libro sexto digestorum quæri posse: utrum
uniusquisq; eorum in solidum, an pro parte teneatur? & ait.
unumquemq; in solidum ad ejus restitutionem teneri: quare
duo quodammodo rei habebuntur & si alter conventus præ-
stiterit, liberabit alterum.

X VI.

Apud veteres de hujusmodi speciebus dubitatum, refer-
Ulpianus, rem tibi dedi, ut creditori tuo pignori dares: de-
bet. A 3. disti.

disti. Non repignoras, ut mihi reddas, Labeo & Ulpianus
commodati actionem locum habere putant. Idem Labeo
dicit, si à me culpa absit repignorandi, Creditor autem nolit
reddere pignus, competere tibi adhoc duntaxat commodati,
ut tibi actiones adversus eum praestem. Abesse autem culpa à
me videtur, sive jam solvi pecuniā, sive solvere paratus sum.

XVII.

Quinimò & qui alias ree commodata utitur, non solum
commodari verum etiā furti quoq; tenetur, ut Julianus libro
undecimo digestorū scripsit. Plane qui rem deteriorem dolo
culpave factam restituerit, fenebitur, nisi id quod interest
praestetur, propriè enim dici rem non redditam, quæ dete-
rior redditur. Ulpianus monet.

XVIII.

Unde, si commoda vero tibi equum, quo uteris usq; ad
certum locum; si nulla culpa tua interveniente, in ipso itin-
ere equus deterior factus sit, non teneris commodati. Nam
ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodavi, qui
cum labore sustinere non potuit.

XIX.

Venit in hanc actionem, damnum dolo malo, culpave
etiam levissima illatum: dolum solum præstat, qui ita con-
venit, vel qui sua duntaxat causa, vel si quis ludens præ-
tor scenicis, vel ipsi prætori quis ultrò commodavit. Quod
si duntaxat accipientis gratia, quod plerumq; fieri solet, talis
diligentia præstanda est, qualem quisq; diligentissimus pa-
terfamilias rebus suis adhibet; at si utriusq; causa commoda-
tum fuit culpa levis.

XX.

Adeos, qui utendum accipiunt, damnum injuria ab alio
datum, non pertinere Julianus ait, qua enim custodia consequi
potuit ne damnum injuria ab alio dari possit? Sed Mar-
cellus interdum esse posse ait, sive custodiri potuit, ne
damnum

damnum daretur, sive ipse custos damnum dedit, quam sententiam Marcelli. Ulpianus probat.

X X. I.

Casum fortuitum, ut vim divinam vel humanam, & **damna fatalia** commodatarius non praestat, nisi aliqua ejus culpa interveniat, vel casus præstationem pactione in se transtulerit, vel res æstimata commodata fuerit.

X X. II.

Argentum commodatum, si tam idoneo servo meo tradidisset ad te perferendum, ut non debuerit quis æstimare futurum, ut à quibusdam malis hominibus deciperetur, tuum non meum detrimentum fore, si id mali homines intercepissent, Julianus respondit.

X X. III.

In eo qui missus, ut commodatarem repeteret, cum recepisset, aufugit. Ulpianus distinguit, si dominus ei dari ius sit, domino perire, si commonendi causa miserat, ut referretur res commodata, ei qui commodatus est.

X X. IV.

Plane si res commodata dum refertur periit: si quidem ego mandaveram, per quem remitteret, periculum meum erit, si vero ipse cui voluit commisit, æque culpam mihi præstabat, si sui causa accepit.

X X. V.

Tandem etiam ea, quæ rem commodatam sequuntur, ut & fructus & quæstus, si quis ex re commodata perceptus est in hanc actionem veniunt: neq; enim ante eam rem quæstui cuiq; esse oportet, priusquam periculo ejus sit.

X X. VI.

Contraria commodati actio datur commodatario & ejus heredi, contracommodatorem ejusq; heredes ex his fero causis: si intempestive rei commodaæ usus à commodatore fuerit revocatus.

Si

XXVII.

Si in rei commodatae conservationem majores impenses fecit, modica enim impendia verius est, ut sicuti cibariorum, ad commodatarium perineant. Si in damnum commodatarij rem vitiosam sciens commodavit, ut puta vase vitiosa, ubi infusum vinum vel oleum corruptum effusum ve est.

XXVIII.

Si dominus rem commodatam surripuit, & ejus aestimationem à commodatario consecutus est. Et tandem si rem commodatam perdidi & pro ea pretium dedi: deinde res in potestate tua venit, Labeo ait contrario judicio aut rem mihi præstare re debere, aut quod à me accepisti reddere.

XXIX.

Si Servus quem tibi commodaverim furum fecerit, utrum sufficiat contraria commodati actio, quemadmodum competit, si quid in curationem servi impendisti: an furti agendum sit quæritur? Et furti quidem noxalem habere, qui commodatum rogavit procul dubio esse, contraria autem commodati tunc cum teneri, cum sciens talem esse servum, ignorantis commodavis. Paulus statuit.

XXX.

Quod autem contrario judicio quisq; consequi potest id etiam recto judicio, quo cum eo agitur, potest saluum habere jure pensionis.

XXXI.

Non minus autem directa quam contraria commodati actio concurrit cum alijs actionibus, de quibus passim sub hoc titulo.

P A R E R G A .

I. Virum probatio, qua sit per immersionem sagarum in aquam frigidam, puri consentanea fieri.

II. Sponsu, si moriatur ea ipse nocte; qua primum concubuit, nondum habito consuetudine conjugali cum sponsa, an nihilominus sponsae debetur id, quod vel ex pacto dotali vel ex consuetudine aut statuto è bonis defunctorum maritorum vidua lucantur?



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72867081X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72867081X/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72867081X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72867081X/phys_0012)

DFG

damnum daretur, sive ipse custos damni
tentiam Marcelli. Ulpianus probat.

XX I.

Casum fortuitum, ut vim divinan-
damna fatalia commodatarius non præ-
culpa interveniat, vel casus præstatione
transtulerit, vel res æstimata commo-
dat.

XX II.

Argentum commodatum, si tam id
didisset ad te perferendum, ut non debet
futurum, ut à quibusdam malis hominibus
non meum detrimentum fore, si id male-
sent, Julianus respondit.

XX III.

In eo qui missus, ut commodatam
recepisset, aufugit. Ulpianus distinguit, si
fit, domino perire, si commonendi causatur
res commodata, ei qui commodatus

XX IV.

Plane si res commodata dum referuntur
ego mandaveram, per quem remittere
erit, si vero ipse cui voluit commisit, æq-
stabit, si sui causa accepit.

XX V.

Tandem etiam ea, quæ rem commo-
& fructus & quæstus, si quis ex re com-
modata in hanc actionem veniunt: neq; enim a
cuiq; esse oportet, priusquam periculo e-

XX VI.

Contraria commodi actio datu-
ejus heredi, contracommodatorem ejus
causis: si intempestive rei commoda-
tæ fuerit revocatus,



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 077